neq; cuiq̄ ſe facere contumeliā q digne & iure faceret: dictum irridet Ci. qa dignus ī utrāq; partem accipiť bonā & malā: & fortaſſe inqt Antonius dignū pro eo poſuit ſic locutus: q eēt ī dignitate: quoniam ipſe cōſul. Quid ē porro: ac ſi diceret: & hoc ignoras nam contumelia quod Labeo ait Iureconſultus a contēno diciť: & ē ſpālis cū iniuria ſit generalis potius. ergo Antonio dicēdum fuerat an ulla ē iniuria quā facit dignus. Nec timor quem denunciat inimicus: Alia edicti antoniani ſententiola inepta ſane. neq; enī inimicus denunciat timorem: ſed facit. & ſic iqt Antoniuſ quaſi amicus denunciat timorem nam ſi non ē timor quē inimicus denūciat: quæri pōt ſit ne timor quē amicus denūciet? Magiſter tuꝰ: Sex. Clodius Ex oratore arator. hoc ideo ait: quoniā ei Antonius duo milia iugera agri leontini aſſignauerat: ut tanta mercede nihil ſapere diſceret quod inqt prius. Infatuet: fatuum reddat: Eſt autē fatuus qui inepta loquitur. ut ait Dōatus. uel plene inſipiens: ut aliis placet. Tractū uerbū a cibis: qui cum non ſapiunt. fatui dicuntur. Quid attinuerit: qd neceſſe fuerit. L. Caſſio: hi quos enumerat uiri boni erant: & de repu. optime meriti: quos repugnātes libidini ſuæ oderat Antonius. Cui ſenatus cōſulto: quærit cur uenire in ſenatum hos ꝓhibuerit: & cui inqt ſenatus conſulto ne ſe obiicerent: & impedimento eſſent timebatur.

De ſupplicatione fortaſſe. M. Lepidi de qua referendum fuerat: id inqt erat ꝑiculum: ac ſi diceret minime: nam ironice ait: cū oēs etiam ſua ſponte aliquid honoris extraordinarii M. Lepido decerni cogitarent. M. Lepidus magiſter equitum Cæſaris dictatoris fuerat tunc & pōt. max. erat & quatuor ꝑerat legionibus: in hiberiā cui ꝓuinciæ præfectuſ a Cæſare fuerat ꝓfecturus ī gallia aūt ſubſtiterat tranſalpina non procul a Planco cuius hæc erat prouincia. Lepido inde uictus Antonius ſe coniunxit. Supplicationem decerni Lepido amici eius & propinqui: ut mos erat: poſtulauerant: & quoniam exercitui præeſſet ac rempu. probe gereret: & quoniam erat ponti. max. ſolitus erat decerni hic honor & nemo inquit Cicero impediſſet: ideoq; hos prohibitos ſenatu ab Antonio ꝙ uereretur ne ſenatus conſulto de tali re intercederent: credere non poſſumus. De legione quarta: quæ ad. C. Octauii tranſierat auctoritatem. De ſupplicatiōe. M. Lepido decernenda. Per diſceſſionem: in ſenatu de diuinis prius rebus q̄ humanis referebatur: & aut infinite de re publica gerendum ne eſſet bellū agenda pax: aut de ſingulis rebus finite ut īdicendū ne eēt bellum carthaginenſibus: hoſtis ne eſſet iudicandus Antonius. Tunc cum relatum ſic fuiſſet: ſenatus conſultum fiebat: ſed duobus modis: aut per diſceſſionem ſi cōſentiretur: aut ſi res dubia eſſet per ſingulorum ſētentias exqſitas. Sīguli autem gradatim conſulebantur. auctor. A. Gellius. De ſupplicatione cum referebatur ſinguli conſulebantur ſemper. Sed quaſi ad Antonii factum alludit Cicero. nam ſtatim ſeſe proripuit. & urbem egreſſus eſt: quod prius diximus: Paludati: paludamenta omnia inſignia ſunt & militaria ornamenta. Cum enim exit ad bellum prætor aut conſul: Lictores mutauerint ueſtem. & ſigna incinuerint paludatus dicitur proficiſci: quod conſpiciuntur qui paludamenta habent. ac fiunt palam ſic dicuntur auctor Varro. paludati ergo ad bellum proficiſcentis Lucis: noctu enim abiit. Præclara tamen: ironice. Religioſa: minime religioſa. neq; .n. ſorte diuiſæ ſunt prouinciæ ſed quā quiſq; uoluit occupauit. Ille Antonius his omnibus quos enumerat prouintias decreuerat Antonius: quas non rite conceſſas:

contumeliam? Quis ſic loquitur? Deinde nec timor quem denunciat inimicus. quid eſt ergo? Ab amico timor denunciari ſolet. horum ſimilia deinceps. Deinceps. Nonne ſatius ē mutum eſſe q̄ ꝙ nemo intelligat: dicere? Hem cur magiſter eius ex oratore arator factus ſit. ut poſſideat in agro publico. P. R. campi leontini. ii. M. iugerum imunia ut hominē ſtultū magis etiam infatuet mercede publica. Sed hæc leuiora fortaſſe: illud quæro cur tam ſubito manſuetus in ſenatu fuerit cū ī edictis tam fuiſſet ferus? Quid autē attinuerit. L. Caſſio. Tr. ple. fortiſſimo & conſtantiſſimo ciui mortem denunciare ſi ī ſenatum ueniſſet. Darſulenum bene de. R. P. ſentientem a ſenatu ui & minis mortis expellere? Tiberinum canutiū a quo erat honeſtiſſimis contentionibus & ſæpe & iure uexatus non tēplo ſolum: uetum etiam aditu prohiberi Capitolii? Cui. S. cōſul. ne intercederent uerebatur de ſupplicatione credo. M. Lepidi clariſſimi uiri atq; id erat periculum de cuius honore extra ordiario quotidie aliquid cogitabamꝰ ne cuius uſitatus honos impediretur: ac ne ſine cauſa uideretur edixiſſe ut ſenatus adeſſet: cū de rep. relaturus fuiſſet allato nuncio de legione Quarta mente concidit effugere feſtinans. S. C. De ſupplicatione p diſceſſionem fecit cum id factum eſſet antea nunquā. quæ uero profectio poſtea quod iter paludati? quæ uitatio oculorum lucis: urbis: fori? q̄ miſera fuga: q̄ fœda: q̄ turpis? præclara tamen. S. C. in illo ipſo die ueſpertina prouinciarū religioſa ſortitio diuina uero opportunital? ut quæ cuiq; apta eſſet: ea cuiq; obueniret: præclare igitur facitis Tri. ple. qui de præſidio Con

ſulum: Senatuſq; referatis: meritoq; ueſtro maximas gratias uobis omnes & agere & habere debemus. Qui eni carere metu & periculo poſſemus in tanta hominũ cupiditate & audacia ille autẽ homo afflictus & perditus quæ de ſe expectat iudicia grauiora q̃ amicorum ſuorũ familiariſſimus eius mihi homo cõiunctus. L. Lentulus & . P. Naſo oĩ carens cupiditate nullã ſe habere prouintiam nullã Antonii ſortitionem fuiſſe iudicauerunt. Quod idem fecit. L. Philippus uir auo patre moribuſq; ſuis digniſſimus. In eadẽ ſententia fuit homo ſũma integritate atq; ĩnocentia. M. Anturanius: idẽ fecit. P. Appius: ipſi ẽt qui amicitiam. M. Antonii ueriti plus ei tribuerunt: q̃ fortaſſe uellẽt. M. Piſo & meus neceſſarius & uir & Ciuis egregius pariq; ĩnocentia. M. Vebilius Senatus autoritati ſe obtemperaturos eſſe dixerũt. Quid ego de. L. Cina loquar? cuius ſpectata multis magniſq; rebus ſingularis ĩtegritas minus admirabilem facit huius honeſtiſſimi facti gloriã q oĩno ꝓuinciam neglexit: quam itẽ magno animo & conſtanti. C. Ceſſeduis repudiauit? Qui ſunt igit̃ reliqui quos ſors diuina delectet. L. Antonius & . M. Antonius? o felicẽ utrũq; nihil enĩ maluerunt. C Antonius Macedoniam: hunc quoq; fœlicem hanc. n. ſemper habebat in ore ꝓuintiam. C. Caluiſius Africã: nihil fœlicius: mõ. n. ex africa deceſſerat: & quaſi diuinans ſe reditu duos legatos Vticæ reliquerat. Deinde. M. Ircius Siciliam. Q. Caſſius hiſpaniam. nõ hẽo qd ſuſpicer duarũ credo prouinciarum ſortes min⁹ diuĩas fuiſſe. O. C. cæſarem: o adoleſcentem te appello: q̃ tu ſalutem. Reipub. attuliſti q̃ improuiſam q̃ repentinam? Qui enim hæc fugienſ fecerit: quid faceret inſequens? Etenim incontione dixerat ſe cuſtodem futurum urbis: uſque ad Kl. Maias ad urbem exercitum habiturum. O præclarum cuſtodem ouium ut aiunt lupum. cuſtos ne urbis; an direptor & uexator eſſet Antonius? Et quãdem ſe introiturum in urbẽ dixit exiturumq; cum uellet. Quid illud? Nonne audiente populo ſedens pro æde caſtoris dixit niſi qui uiciſſet uicturũ neminem. hodierno die primum. P. C. longo interuallo in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus: cuius quidem ego quoad potui: non modo defenſor ſed etiam conſeruator fui. cum autem id facere non poſſem: qui fui? nec abiecte nec ſine aliqua dignitate: caſum illum temporum & dolorem tuli. Hanc uero teterrimã beluam quis ferre poſſet? aut quomodo? quid eſt in Antonio præter libidinem? crudelitatem? petulantiam? audatiam? Ex his conglutinatus eſt. nihil apparet ĩ eo igenuũ: nihil moderatũ: nihil pudẽs: nihil pudicũ. quapropter quoniam res ĩ id diſcrimẽ adducta eſt utrũ ille pœnas Rei. Pu. luat ãnos ſeruiamus: aliquando per deos immorales. P. C. Paternum animũ uirtuteq; capiam⁹: aut libertatẽ ꝓpriã Romani gñris &

& ab eo q cõcedere negaret accipere uoluerãt. & ſenatui ſe obtẽperaturos eẽ ꝓfeſſi ſunt. De L. Cĩna: Hic prætor erat quãdo occiſus eſt Cæſar: in quẽ fuerat inuectus ueſtẽ uero militarẽ quẽ præbuerat Cæſar. re iecerat. Erat aũt affinis: militibus uero qbuſdã inſequentib⁹ & domũ in quã cõfugerat ſuccẽdere parantibus: ægre a Lepido eſt ſeruatus. Cum poſtea Cæſaris cadauer cõbureretur. & Antonii oratione concitata plebs ad pcuſſorũ curreret domos: Cinna alter Tri. pl. q hic eſſe credebatur nominis ſimilitudine errorẽ faciente: furore multitudinis occiſus ẽ: auctor Appianus: Sors diuina. ironice: aũt quia ſic uocabat Antonius. L. Antonius: Antonii frater. C. Antonius patruus uticæ: quæ ciuitas fuit Africæ in eodẽ ſinu ſita quo carthago ſecũda poſt illã & auctoritate: & magnitudine. Carthagine exciſa metropolis & receptaculũ romanorũ ad res in Libya gerendas. Duarum: Siciliæ & Hiſpaniæ: qui enim eas ſortiti fuerant. M. Ircius &. Qu. Caſſius in Antonii uoluntate non erant: Adoleſcentẽ: ne uideretur Cæſarẽ Iulium appellare. Qui. n. hæc fugiẽs re ita prouincias diſturbatas. Ouiũ ut aiunt lupum. Terentius ouem lupo cõmiſiſti.

Pro æde caſtoris: quæ fuit in foro romano. Qui fui: qualis fui: & ipſe reſpondet. Conglutinatus: compoſitus & compactus. Ingenuũ: liberale Paternum: patruum & maiorum noſtrorum.

nominis recuperemus. aut mortem ſeruituti anteponamus.
Multa quæ in libera ciuitate ferenda non eſſent tulimus: & per
peſſi ſumus: alii ſpe recuperandæ libertatis: alii uiuendi nimia
cupiditate. Sed ſi illa tulimus quæ neceſſitaſ ferre coegit: uiſq;
quædam pœna fatalis quæ tamen ipſa non tulimus: etiam ne
huius impuri latronis feremus teterrimū crudeliſſimunq; do-
minatū? Quid hic faciat ſi potuerit iratus: qui cum ſuccenſere
nemini poſſet: omnibus bonis fuerit inimicus? Quid hic ui-
ctor non audebit: qui nullam adeptus uictoriam: tanta ſcelera
poſt Cæſaris interitum fecerit? Refertam eius domum ex ha
uſerit? hortos compilarit? Ad ſe oīa ex his ornamenta tranſtu
lerit? Cædis & incendiorum cauſam quæſierit ex funere? duo
bus aut tribus Senatus. C. e. R. P. benefactis reliquas reſ ad lu
crum prædamq; reuocauerit? uendiderit? immunitate ciuita-
tes liberauerit? prouincias uniuerſas ex imperii. P. R. iure ſu-
ſtulerit: exules reduxerit? falſas leges. C. Cæſaris nomīe: & fal
ſa decreta in æs incidenda: & in Capitolio figenda curraue-
rit? earumq; rerum omnium domeſticum mercatum inſtitu-
erit? P. R. leges impoſuerit? Armis & præſidiis. P. R. & ma-
giſtratus foro excluſerit? Senatum ſtipauerit armis? Arma-
matos in cella Concordiæ cum Senatum haberet: incluſerit?
ad legiones Brunduſium cucurrerit. ex his optime ſentientes
Centuriones iugulauerit? Cum exercitu Romam ſit ad interi
tum noſtrum & ad diſperditionem urbis uenire conatus: atq;
is ab hoc impetu abſtractus conſilio & copiis Cæſ. conſenſus
ueteranorum: uirtute legionum? Nec fortuna quidē fractus
minuit audaciā? Nec ruere demens. nec furere deſinit. In Gal
liam mutilatum ducit exercitum. cum una legione: & ea uacil
lante. L. fratrem expectat? quo neminem reperire poteſt ſui ſi
miliorem. Ille autem ex Mirmillone dux & gladiatore Impera
tor quas fecit ſtrages ubicunq; poſuit ueſtigia? Cædit greges
armentorum: reliquiq; pecoris quodcūq; nactus eſt: epulanť
milites? ipſe autem ſe ut fratrem imitetur obruit uino. uaſtan-
tur agri? diripiuntur uillæ. matreſfamilias: pueri ingenui arri-
piuntur: militibus traduntur. Hæc eadē quacunq; exercitum
duxit fecit Antonius. his uos teterrimis fratribus portas aperi
etis? hos in quam in urbem recipietis? Non tēpore oblato du-
cibus paratis: animis militum incitatis. P. R. conſpirante: Ita-
lia tota ad libertatem recuperandam excitata: deorum immor
talium beneficio utemini: nullum erit tēpus hoc amiſſo. a ter-
go a fronte: a laterib9: tenetur. ſi i Galliam uenerit: non ille ar
mis ſolū: ſed etiam noſtris decretis urgendus ē. Magna uiſ eſt
magnum numē unum & idem ſentiētiſ Senatuſ: uidetiſ ne re
fertum foꝝ. P. R. ad ſpem recuperandæ libertatiſ erectum. q
longo īteruallo cum frequentes hic uidet nos: tum ſpat etiam

*Si illa tulimus*: pp Iuliū hoc dicit. Pœnæ fatalis: quod fatō quodam populi romani ut ferremus decretum erat. Nō tulimus aliquando enim a nobis depulimus Iulio occiſo.

Huius: Antonii Succenſere ex iuſta cā iraſci. μιμφοσμ dicunt. Eius: Cæſaris. Hortos: quo circā tiberim publice reliquerat Iulius. Ex his: hortis. Ornamenta: ſtatuas tabulas abacos. menſas: Ex funere: a Iulii funere. E re publica. e ex rei publice utilitate.

Prouincias: cretam Cæſaris. C. Octauii. Fortuna: reb9 ad uotum non fluentibus.

Mutilatum: īminutum Martia & Quarta legionibus deſiſcentibus: Ex mirmillone: nā Mirmillo prius fuerat: qui aduerſus retiarium pugnabat: in cuius galea piſcis effigies erat Retiario uero aduerſ9 mirmillonem pugnante: cantabatur: non te peto: piſcem peto: quid me fugis galle. Hoc genus pugnæ inſtituit Pictatus mithyleneus. auctor Pompeius Feſtus. Cædit greges armentorum. ac ſi dicat ipſos ditiores & potentiores Spoliat ipſe reliquos tenuiores operis & ſectatoribus ſuis prædæ relinquit. Et grex quidem generalius nomen eſt: armentū ſpecialius: & pro omni multitudine pōitur tam hoīnum q̄ brutorum: & tam maiorum q̄ minorum: Vaſtātur: uacui redduntur. Veſtris decretis: ut is publicā addamus auctoritatē qui ſua ſponte perſequuntur.

Longo interuallo: diu enim

quod prius dictum:nō conue
nerunt ſenatores. Queren-
ti:tunc cum in Ciceronem di-
xit.& Cicero in ſenatum non
uenit. Statim : ſubito . neque
enim differret cuiuſq̃ optimi i
teritum. Si Galliam teneret
paulopoſt:cum rediret ſcilicet
Signum dare:oſtendite & ꝓ-
uobis ferte. Ille:populus. Ho-
neſte:non cedentes neq; fugiē
tes:ſed pugnantes. In utran-
q; partem:& bonam & malā.
Cicero in epiſtola. Iam iidem
illi & boni & mali ciues uiden
tur:qui uideri ſolent. Nunc in
quit quo animo quiſq; ſcit co
gnoſcitur cupiat ne libertatem
an ſeruire malit. Conſules.
Panſa & Hirtius. In poſteꝝ
in ea quæ futura coniectamꝰ
Cicero in epiſtola ad Cæliū
Sed ut ab homine longe in po
ſterum proſpiciente:a te futu-
ra expecto. Seruitutis recor-
datio:quæ fuit durū pati me-
miniſſe dulce eſt:inquit Sene-
ca & Aeneas Virgilianus:For
ſan & hæc olim meminiſſe iu
uabit. Quas ob res:conclu
ſio in qua de tota re ſuam pro-
fert ſententiam. Quoq; edi
ctum :ordo & ꝙ edictum pro
poſitum eſt Decimi Bruti con
ſulis deſignati ita.ſ.cenſeo Bru
tum & reliqua.& ita cenſeo ad
ſummā reip. pertinere . Sena
tum arbitrari obtineri prouin
cias ex lege Iulia a Decio Bru
to & reliqua . Decimus Brutuſ
& GN:Plaucus :conſules erāt
deſignati. conſulatū finito Pā
ſæ & Hirtii magiſtratu ínituri
& GN. qdē planiu s ulteriorē
Galliam cum imperio obtine
bat: & tribus legionibus. Ad
hāc Ciceronis epiſtolæ lib .x:

liberos conueniſſe:hunc ego diem expectans. M. Antonii ſce
lerata arma uitaui;tum cum ille in me abſentem inuehens:nū
intelligebat ad quod tempus me & meas uires reſeruarem. Si
enim illi tum cædis initium a me quærenti reſpondere uoluiſ-
ſem:nunc. R.P. conſulere non poſſem. Hanc uero nactus fa-
cultatem:nullum tempus . P.C. dimittam neq; diurnum noc-
turnum :quin de libertate. P.R. de dignitate noſtra:quod co-
gitandum ſit:cogitem:quod agēdum ſit atq; faciēdum: id nō
modo non recuſem:ſed appetam etiam atq; depoſcam Hoc fē
ci ſemper dum licuit.intermiſi quod non licuit.iam nō ſolum
licet ſed neceſſe eſt &:niſi ſeruire malumus:q̃ ne ſeruiamus a-
nimis armiſq; decernerē. Dii immortales nobis hæc præſidia đ
derunt. Vrbi Cæſarem Brutum Galliæ. Si enim ille urbem op
primere uoluiſſet ſtati:ſi Galliam teneret.paulo poſt optimo
cuiq; pereundum reliqs eſſet ſeruiēdum. Hāc igitur occaſio-
nem oblatam tenete per deos immortales . P.C. & ampliſſimi
orbis terræ conſilii principes uos eſſe aliquando recordamini.
ſignum date. P.R. cōſilium ueſtrum non deeſſe R.P. quoniā
ille ſuam non defuturam eſſe profitetur. Nihil ē quod moneā
nemo ē:tam ſtultus:qui nō ītelligas ſi dormierimꝰ hoc tēpore
non modo crudelē ſupbamq; dominationem nobis:ſed igno-
minioſam & flagitioſam eſſe ferendam. Noſtis inſolentiā An
tonii:noſtis amicos:noſtis totam domū libidinoſis : petulāti-
bus:impuris:impudicis aleatoribus ebriis ſeruire:ea ſumma
miſeria ē:ſūmo decore cōiuncta. Quod ſi iam: quod dii om-
nem auertant:fatum extremum. R.P. uenit quod gladiatores
nobiles faciunt ut honeſte decumbant:faciamus nos Princi-
pes orbis terraꝝ:gētiumq; omnium .ut cum dignitate potius
cadamus:q̃ cum ignominia ſeruiamus. Nihil ē deteſtabilius
dedecore nihil fœdius ſeruitute.ad decus & libertatē nati ſu-
mus .aut hæc teneamus.aut cum dignitate moriamur. Nimi
um diu teximus:quid ſentiremus. Nunc iam aptum:ē omnes
iam patefecerunt:in utranq; partem quid ſentiant :quid uelit.
ſunt impii ciues ſed pro caritate. P.r. nimium multi.pro multi
tudine bene ſentiētium admodum pauci:quorum opprimen-
durum dii immortales incredibilem.p.r.poteſtatē & fortunā
dederūt. Ad ea enim præſidia quæ habemus:iā accedunt Cō-
ſules ſūma prudētia uirtute concordia:multos mēſes d'.p.R.
libertate cōmentati atq; meditati.his auctoribꝰ & ducibꝰ diis
iuuantibus:nobis uigilantibus & multū impoſterū prouidēti
bus.p.R.conſentiēte erimus profecto liberi breui tempore iu
cūdiorē aūt faciet libertatē ſeruitutis recordatio. Quas ob res
qꝰ. Tr.pl.uerba fecerūt ut Senatꝰ Kl.Iañ.tuto hr̄i ſētētiæq; de
ſūma Repu.libere dici poſſint: d' ea re ita cenſeo ut.C.panſa.
A.Hirtiꝰ Cōſules deſignati dēt opam ut Senatus Kl.Iañ.tuto

haberi poſſit ꝙq; edictũ. D. Bruti impatoris cõſulis deſignati optimæ de. R. P. meriti propoſitũ ſit Senatũ exhiſtimare. D. Brutum Imperatores conſulem deſignatũ optime de Repnb. promereri. cũ Senatus autoritatẽ populiq; Ro. libertatẽ Imperiũq; defendat. quodq; Galliã ꝓuĩciã citeriorẽ optimoꝝ & fortiſſimoꝝ uiroꝝ amiciſſimoꝝ. P. R. ciuiũ exercitũ ĩ Senatus ptãte retineat id cũ exercitũq; ei9 municipia colonias ꝓuĩtiæ Galliæ recte atq; ordine; exq;. R. p. feciſſe & facere. Senatum ad ſummã. r. p. ptinere arbitrari a. D. Bruto & ab. L. planco Imperatoribus Conſ. deſignatis Itẽq; a cæteris q prouincias obtinẽt obtinere ex lege Iulia: quoad. S. C. cuiq; eoꝝ ſucceſſum ſit. eoſq; dare operã ut hæ ꝓuĩtiæ Galliæq; exercitus ĩ Senatus. p. q; r. poteſtate: præſidioq;. r. p. ſint. Cumq; opera uirtute conſilio C. Cæſ. rummoq; conſenſu militum ueteranorum; qui eius autoritatem ſecuti. r. p. præſidio ſunt & fuerunt: & a grauiſſimis periculis. p. r. defenſus ſit: & hoc tempore defendatur. cũq; legio Martia Albæ conſtiterit in municipio fideliſſimo & fortiſſimo ſe ſeq; ad Senatus auctoritatem. P. q;. r. libertatẽ contulerit ꝙ pari cõſilio eadẽq; uirtute legio Quarta uſa: L. Egnatuleio duce ciue egregio Senatus autoritatẽ. p. q;. r. libertatem defendat ac defenderit: Senatui magnæ curæ eſſe ac fore: & ut ꝓ tantis eoꝝ meritis honores eis habeant̃ gratiæq; referantur. Senatui placere: ut. C. panſa. A. Hirci9 Cõſules deſignati: cũ magiſtratũ inierint: ſi eis uidebit̃: primo: quoq; tpe de his reb9 ad hunc ordinẽ referãt: ita uti de repub. fideq; ſua cenſuerint.

M. T. C. in. M. Antonium ad Quirites
Philippica Quarta.

f Requentia ueſtrũ incredibilis contioq; tãta Quirites: quantam meminiſſe non uideor: & alacritatem mihi ſummã affert. R. P. defendẽdæ & ſpem recuperandæ libertatis. quanquã animus mihi q̃dem nnunquã defuit. tempora defuerunt: que ſimul ac primũ aliquid lucis oſtendere uiſa ſunt: princeps ueſtræ libertatis defendendæ ſemper fui. quod ſi ante facere conatos eſſem: nunc facere non poſſem. Hodierno enim die Quirites ne mediocrẽ rem ẽctam arbitremini: fundamenta ſunt iacta reliquarũ actionum. Nam eſt hoſtis a ſenatu nondum uerbo appellatus: ſed re iam iudicatus Antonius. Nunc uero multo ſum erectior: ꝙ uos quoq; hoſtẽ illũ eẽ tanto conſenſu: tantoq; clamore approbauiſtis: nec. n. fieri põt: ut nõ aut ii ſint ipii qui contra Cõſulẽ exercitum cõparauerunt: aut ille hoſtis cõtra quem iure arma ſuſcepta ſunt. Hanc igit̃ dubitationẽ; quanq̃ nulla erat; tñ ne q̃

Lege Iulia: quia Decimo & Bruto Iulius ꝓuincias aſſignauerat. Cũq;: ordo eſt. Cẽſeo ſenatu ieſſe magnæ curæ & c̃.

Ciceronis ꝺ. C. Cæſare orãdo Decimo Bruto: Gallia prouincia: Martia & Quarta legionibus quæ Antonium deſeruerant: ſententiam ſenatus uniuerſus comprobauerat: decretumq; fuerat: ut quicquid ille cenſuerat: id feret. Frequens & cupidus cognoſcendi ante curiam populus cõſtiterat. ad quem egreſſus Cicero: Quid actum in Senatu ſit: refert: & Antonium iudicatum hoſtẽ. & ſi re magis q̃ uerbo oſtẽdit. Cum enim Octauium ornandum: Decimium laudandum: ꝙ Antonium prouincia Gallia excluſerit: legiões comprobandas ꝙ deſeruerint dicit cẽſuiſſe ſenatum: manifeſte aſſerit colligi poſſe: non conſulem illum: ſed hoſtem putari. Ad libertatem recuperãdum populum hortatur: in Antonii uero odium omnes accẽdit. In deliberatiuo genere poſita ẽ' oratio. Suadet enim rempu. defendendam: & libertatem recuperandam: & ſi incidit maiore ex parte demonſtratiuum genus uituperatur enim Antoni9: exorditur per ſpem quam ex populi colligit frequentia: quem ueluti cupidum recuperãdæ libertatis conueniſſe uult intelligi: ſuũ ſed modeſte laudat ſtudium. Contio: in unum cõuentus. Animus: ſemper ſperaui: & conſequi optaui. Tẽpora occaſio rei gerendæ.

Lucis: nã ueluti ĩ tenebris eram9 pri9: ac ſi diceret: poſtq̃ min9 turbulẽta nobis ceperũt eẽ.

Añ facer̃: cũ ĩportunũ erat: & r̃ſiſti ãtonio. nã poterat. Nũc ñ poſſẽ: ñ piiſſẽ. Reliq̃ꝝ actionũ ut trãſigi reliq̃ facile poſſint: poſtq̃ ñ uerbo adhuc: re tñ hoſtiſẽ iudicat9 Anto. Erectior: excitatior: & magis ĩ ſpe: ſicuti cõtra cadere aĩus iis dr̃: q extra ſpem ſunt. Nec enim fieri p̃t: rõcinatio: aut ſunt ĩpii q cõtra cõſulẽ arma cõparũt: aut ille hoſtis cõtra quẽ ſũt arma ſuſcepta. ſed illi q arma cõparũt ꝑ ii ſt̃: qđ multis rõib9 ꝓbat ergo ãto. hoſtis. ad ueritatẽ diſiũctĩe ſuffic̃ alterã ptẽ uerã eẽ.

Patrimonio: qđ effudit:ut ſupra dictum eſt. Laudo lau do:cōduplicatio quã πλοκνυ græci dicunt.multum uero ha bet uehementiæ. Vel pueri potius:correctio:ut ſit admira bilior:ꝙ hæc puer fecit. Im mortalitatis:ac ſi dicat diuini tatis cuiuſdam. Multa:repe titio. Indies:quotidie. Ex hiſpanis militibus:qui habent̃ robuſtiſſimi de quibus Sillius Prodiga gens animæ & ꝓpe rare faciliima mortem.Nanq; ubi tranſcendit florẽtes uirib⁹ annos.Impatiens æui ſpernit ueniſſe ſenectã:Et fati modus in dextra ẽ. Cōducere: qua dringentas drachmas ſingulis pollicitus. Reditum:Brun duſio. Præſidium:ad Anto nii furorem depellẽdũ. Sui patris.C. Cæſaris dictatoris.

Q uem hoſtem.ſ.dũtaxat.

Ab ipſo deo:Marte. P.R. generatum:propter Romulũ qui ex rhea Siluia:& marte na tus traditur. Nam:ratioci natio. Luculenta:clara. Au ctoritatem:conſenſum & uolũ tatem. Opportuna:& ad la ceſſendum:& ad ſe tutandum: eſt enim in excelſo locata ſaxo qua ꝑ noxiorum cuſtodia uſi olim romani ſũt:ut Strabo ait.

A te accerſitur:cum eſſent ĩ Macedonia. Niſi forte uos Q uir.Hic coniicimus aut uo ce:aut mutu:aut quouis alio ſi gno populum:hoſtem Anto nium:nel,potius pri⁹ acclama tione iudicãdum ſignificaſſe.

poſſet eſſe:Senatus hodierno die ſuſtulit:C. Cæſar qui.R.P. libertatemq; ueſtram ſuo ſtudio:cõſilio:p̄rimonio deniq; tuta tus ẽ:& utat̃:maximis Senatus laudibus ornat⁹ eſt:laudo lau do uos.Q uirites cum gratiſſimis animis proſequimini nomen clariſſimi adoleſcentis uel queri potius.Sunt.n.facta eius im mortalitatis:nõ etatis.multa nemini:multa audiui:multa legi: nihil ex omnium ſeculoꝝ memoria tale cognoui.q cum ſerui tute præmeremur:& in dies malum creſceret:præſidii nihil ha beremus:capitalem & peſtiferum Brunduſio.M.Antonii re ditũ timeremus:hoc inſperatũ omnibus conſiliũ:incognitum certe cœpit:ut exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus con duceret·Antoniiq; furorem crudeliſſimis cõſiliis incitatum a pernicie.R.P.auerteret.Q uis eſt enim q hoc nõ intelligat:ni ſi Cæſar exercitũ parauiſſet:nõ ſine exitio noſtro futurum An tonii reditũ fuiſſe?Ita.n.ſe recipiebat ardens odio ueſtri:cruen tus ſanguine ciuium Ro.quos Sueſſæ:quos Brunduſii occide rat:ut nihil niſi de pnicie.R.P.cogitaret.Q uod autẽ erat præ ſidiũ ſalutis:libertatiſq; ueſtræ ſi.C.Cæſaris fortiſſimorũ ſuiq; patris militũ exercitus nõ fuiſſet?Cuius de laudibus & honori bus qui ei pro diuinis & ĩmortalibuſ meritis diuini ĩmortaleſq; debent̃:mihi Senatus aſſenſus paulo ante decreuit:ut primo quoq; tpe referret̃.quo decreto qs nõ proſpicit Antoniũ hoſtẽ eſſe iudicatum?Q uem enim appellare poſſumus eum:cõtra quẽ q exercitus ducunt:iis Senatus arbitrat̃ ſingulares exqrẽ dos honores?Q uid legio Martia?quæ mihi uidet̃ diuinit⁹ ab ipſo deo traxiſſe nomẽ a quo.P.R.generatũ accipim⁹?nõ ne ipſa ſuis decretis priuſq̃ Senatus hoſtẽ iudicauit Antoniũ?Nã ille ſi nõ hoſtis:q Cõſulẽ reliquerũt:hoſtes neceſſe ẽ iudicem⁹ præclara & luculẽta reclamatione uña factũ pulcherrimum Martialiũ cõprobaſtis:q ſe ad Senatus autoritatẽ:ad libertatẽ uñam:ad uniuerſã.R.P.cõtulerũt.Hoſtẽ illũ & latronẽ & pri cidã p̄riæ reliquerũt:nec ſolũ ad aĩoſe & fortiter:ſed cõſiderate ẽt:ſapiẽterq; fecerũt.Albæ cõſtiterũt ĩ urbe oportuna:munita ꝓpinq̃:fortiſſimoꝝ uiroꝝ fideliſſimoꝝ ciuium atq; optimoꝝ. Hui⁹ Martiæ legionis legio.iiii.imitata uirtutẽ duce.L.Egna tuleio quẽ Senatus merito paulo añ laudauit.C·Cæſaris exer citũ ꝑſecuta ẽ.Q uæ expectas.M. Antonii iudicia grauiora? Cæſar fert̃ ĩ cælũ q cõtra te exercitũ cõpauit.laudant̃ exqſitiſſi mis uerbis legiones quæ te reliquerũt.quæ a te accercitæ ſunt: quæ tuæ eẽnt:ſi te cõſulẽ q̃ hoſtẽ maluiſſent.qrũ legionũ for tiſſimũq; ueriſſmũq; iudiciũ confirmat Senat⁹.cõprobat uni uerſus.P.R.niſi forte uos Q uirites Cõſulẽ:nõ hoſtẽ iudicatis Antoniũ?Sic arbitrabar Q uirites uos iudicare ut oñditiſ.mu nicipia:colonias præfecturas; Num aliterudicare cẽletis?om nes mortales una mente cõſentiunt.oĩa arma eoꝝ q hæc ſalua

uelint contra illam peſtem eſſe capienda. Q uid. D. Bruti iudi
cium Q uir. qđ ex hodierno eius edicto perſpicere potuiſtis?
Num cui tandem contemnendum uidetur? Recte & uere ne-
gaſtis. Q uir. eſt enim quaſi deorum immortalium beneficio
& munere datum. R. P. Brutorum genus. & nomen ad liberta
tem. P. R. uel conſtituendam uel recuperãdam quid igitur. D.
Brutus de. M. Antonio iudicauit? excludit prouincia. exercitu
obſiſtit. Galliam totam hortatur ad bellum. ipſum ſua ſponte
ſuo quoq; iudicio excitatam. Si Conſul Antonius. Brutus ho-
ſtis: Si conſeruator. R. P. Brutus: hoſtis Antonius. Num igit'
utrum horum ſit dubitare poſſumus? Atqui ut uos una mente
unaq; uoce dubitare uos negaſtis: Sic modo decreuit Senatus
D. Brutum optime de. R. P. meriti: cum Senatus autoritatem
Pq;. R. libertatem: imperiumq; defenderit. a quo defenderit?
Nempe ab hoſte. quæ eſt enim alia laudanda defenſio? Dein-
ceps laudat' prouincia Gallia. meritoq; ornatur uerbis ampliſ
ſimis a Senatu: ꝙ reſiſtat Antonio. quem ſi conſulem illa pro-
uincia putaret neq; eum reciperet: maguo ſcelere ſe aſtrĩgeret
Omnes enim ſub Conſulis iure: & imperio debẽt eſſe prouin
ciæ: Negat hoc. D. Brutus Imperator conſul deſignatus natus
R. p. cuius negat Gallia. negat cuncta Italia. negat Senatus: ne
gatis uos. Q uis igitur illum Con. niſi latrones putant? quãq̃
ne ii quidem ipſi quod loquuntur. id ſentiunt. nec a iudicio om
nium mortalium quãuiſ impii nefariiq; ſint: ſicut ſunt: diſſenti
re poſſunt. Sed ſpes rapiendi atq; prædãdi occæcat animos eo
rũ: quos nõ bonoꝝ donatio: nõ agroꝝ aſſignatio nõ illa infini
ta Põpeii haſta ſatiauit: q ſibi Vrbem; qui bona & fortunas ci
uium ad prædam propoſuerũt. q dũ ſit: quod rapiãt: quod au
ferant: nihil ſibi defuturum arbitrant'? Q uibꝰ. M. Antonius
odii imortales auertite & deteſtamini quæſo hoc omen: Vrbẽ
ſe diuiſurũ eẽ ꝓmiſit. Ita uero Q uiri. ut præcamini ueniat quo
huius amentiæ pœna in eũ familiãq; eiꝰ recidat. quod ita futu
rũ eẽ confido. Iam. enim non ſolũ hoĩes: ſed etiam deos ĩmor
tales Ad. R. P. conſeruandã atbitror cõſenſiſſe. Si. n. prodigiis
atq; portentis dii ĩmortales nobis futura prædicunt: ita ſunt ap
te decuntiata: ut & illi pœna: & libertas nobis appropiquet. Si
n. tãtus cõſenſus oĩum ſine ĩpulſu deoꝝ eẽ nõ potuit: qđ ẽ: ꝙ de
uolũtate cæleſtiũ dubitare poſſimꝰ? Reliquũ ẽ: Q uir. ut uos
ĩ iſta ſnĩa quã præ uobis fertis: ꝑſeueretis. Faciã igit' ut Impato
res inſtructa acie ſolẽt: quãq̃ paratiſſimos milites ad ꝓliãdũ ui-
deãt: ut eos tũ adhortent': Sic ego uos ardẽtes & erectos ad li-
bertatẽ recuperandã cohortabor. Nõ ẽ: nõ ẽ uobis Q uir. cũ eo
hoſte certamẽ: quo cũ aliq̃ pacis cõditio eẽ poſſit. Neq;. n. ille
ſeruitutẽ uͣra ut antea. ſed iã iratus ſanguinẽ cõcupiſcit. Nulluſ
ei ludus uidetur eẽ iucũdior. q̃ cruor: q̃ cædes quã ante oculos

Illam peſtem: Antonium.
Recte & uere negaſtis. ſ. cõ
temnendum. D. Bruti edictũ
qđ ille proprætor Galliæ: &
conſul deſignatus proponi cu-
rauerat: nõ ceſſurum Antonio
prouincia: cumq; pro ſenatus
arbitrio retenturũ. Vel con
ſtituendam: ut Iunius Brutus
fecit exactis regibus. Vel re
cuperãdam: ut paulo ante. M.
&. D. Bruti egerant Ceſ. truci-
dato. Q uæ ẽ enim alia lau
danda defenſio. q̃ eius qui ab
hoſte defenderit. Infinita põ
pei: indeficiens Põpei bonoꝝ
uenditio. Q uibus: latroni-
bus. Si enim conſentire de-
os immortales ad remp. con-
ſeruandam ſic colligit: Dii im
mortales euentura prodigiis
& portentis denunciant: Con
ſenſus & conſpiratio omnium
ad eandem rem: ſine deorum
impulſu eẽ nõ poſſunt. & hæc
prodigiorum atq; portentorũ
loco accipere debemus: deoſq;
uelle ut Antonius hoſtis iudi-
cetur: libertas reciperetur. Cice
ro libro de diuinatione. Q uia
enim oſtẽdunt: portendunt:
monſtrant: prædicunt: oſten-
ta: portẽta: monſtra: ꝓdigia di
cuntur.

In foueam: ut lup9: urſus: foueis enim terra optis decipi ſolent. Noui conſules: Panſa & Hirtius. Incũbite: inſtate totis uiribus. Q uãq̃ mortẽ: qua ſi uiri ſint ad mortem intrepidi. & ſæpe nõ mortem ipſam: ſed genus mortis deuitare ſtudeant. Aeneas apud Virgiliũ: Nõ mortẽ timet: ſed mortiſ genere triſtis ẽ. Naufragio. n. qđ ait Heſiodus: perire graue eſt.

Q uæ propria ẽ romani generis: Liuius: Romanorum ĩquit eſt fortia facere: fortia pati. Q uãq̃: ac ſi diceret etiam ſi maiores ueſtri uirtutem uobis non reliquiſſent: ſua ſponte uos ad eam complectãdam ciũſmodi eſt: poteſt allicere.

Exciderunt: ſuſtulerunt: penitus tertio punico bello. Numantiam: Vracorx in Celtiberia ciuitas hæc fuit ſummũ ſi uires exiſtimes hiſpaniæ decus: de cuius noĩe dnmtaxat poſterior triumphauit Scipio. ſe. n. & ſua ferro & igni perdiderũt Numantini. Cum eo: tali.

Q ui haberet: hæc oĩa. ſ. ut Tarentinus: Carthaginenſis.

Si res ita tuliſſet: ſi uicti fuiſſent maiores noſtri. Hic ueſter hoſtis: Antouius. Aerarium: nbi publicæ ſeruabantur pecuniæ: quod Romæ fuit in æde Saturni. Nã concordiã ciuium: ubi ciuitas eſt: hoc eſt ciuium multitudo: illic concordia pot eſt eſſe: ſi conſentiant. & diſcordia ſi diſſentiãt. Ex curſore: q uagatur & huc: atq; illuc excurrit. Conflauit: cõtraxit. Q uẽ accepit: a rep. quinq; illas ſignificat legiones quæ in Macedonia fuere Antonii prouincia. Equidem: ſuum pollicetur ſtudium. Id ſine ſcelere facere poſſit: ꝑtermittere. ſ. quod ad libertatem pertinere uidebatur. M. huic Seruilio: Tribunus hic erat plebis. Collegis: aliis tribunis: Lõgo interuallo: diu. n. ſub Iulio ſeruitutem paſſi erãt & tũc patiebanẽ ſub Antonio.

trucidatio ciuium. Non eſſe nobis Q uir. res cum ſcelerato homine atq; nefario: ſed cum imani terraq; belua. quæ quoniam in foueam incidit: obruatur. Si enim illinc emerſerit: nulli9 ſupplicii crudelitas recuſanda erit· ſed tenetur præmitur. urgetur: Nunc his copiis quas iam habemus: mox his quas paucis diebus noui Conſules comparabunt. Incũbite in cauſam Q uir. ut facitis. Nnnquam inter Senatum & uos conſenſus maior in ulla cauſa fuit. nunqnam tam uehementer cum Senatu conſotiati fuiſtis. nec mirum. Agitur enim non qua conditione uicturi. ſed uicturi ne ſimus. an cum ſupplicio ignominiaq; perituri. quanquam mortem quidem omnibus natura propoſuit Crudelitatem mortis & dedecus uirtus propulſare ſolet: quæ propria eſt Romani generis & ſeminis. Hãc retinete quæſo Q uirites: quam uobis tanquam hereditatetem maiores ueſtri reliquerunt. Q uãquam omnia alia falſa. incerta ſunt: caduca mobilia. Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus quæ nunquam ulla ui labefactari poteſt. nullo unquam dimoueri loco. Hac uirtute maiores noſtri: primum uniuerſam Italiam deuicerũt. Deinceps Carthaginem exciderunt. Numantiam euerterunt: potentiſſimos reges bellicoſiſſimas gentes in deditionem hui9 Imperii redegerunt. Ac maioribus quidem ueſtris Q uir. cum eo hoſte res erat: qui haberet. R. P. curiam ærariũ: conſenſum & concordiam ciuium: rationẽ aliquam: ſi res ita tuliſſet pacis & fœderis. hic ueſter hoſtis ueſtram. R. P. oppugnat. Ipſe habet nullã. Senatum ideſt orbis terræ cõſilium delere geſtit. Ipe cõſilium publicum nullum habet. erarium ueſtrum exauſit: ſuum nõ habet. Nam cõcordiam ciuium qui habere põt nullam q habeat ciuitatem: pacis uero quæ põt cum eo eẽ rõ: in quo ẽ incredibilis crudelitas: fides nulla: Eſt igit Q uir. P·R. uictori omnium gentium omne certamẽ cum excurſore: cum latrone. cum Spartaco. Nam q; ſe ſimilem Catilinæ eſſe gloriari ſolet: ſcelere par eſt. belli induſtria inferior. Ille cum exercitũ nullum haberet: repente cõflauit. Hic eum ipſum exercitum quẽ accepit. amiſit. Vt igitur Catilinam diligæntia mea Senatus autoritate: ueſtro ſtudio & uirtute fregiſtis: Sic Antonii nefarium latrocinium ueſtra cum ſenatu concordia: tãta quãta nũq̃ fuit: fœlicitate & uirtute exercituum: ducumq; ueſtrorum breui tempore oppreſſum eſſe audietis. Equidem quantum cura: labore: uigiliis: autoritate: conſilio eniti atq; efficere potero: nihil prætermittam quod ad libertatem ueſtram ꝑtinere arbitrabor. Neq; enim id pro ueſtris in me ampliſſimis beneficiis ſine ſcelere facere poſſum. Hodierno autem die primum referente uiro fortiſſimo uobiſq; amiciſſimo. M. hoc Seruilio collegiſq; eius ornatiſſimis uiris: optimis ciuibus longo interuallo me autore & principe ad ſpẽ libe rtatis exarſimus.

EXercitum Antonius ariminum præmiſerat:& ſubſecutus ipſe fuerat:ĩ prouinciamq; Gal-
liam uenerat:quam tradi ſibi a Decimo poſtulauerat:R ecuſantem intra Mutinam obſede
rat.Res nunciata R omæ eſt:Noui conſules Panſa & Hirtius Ianuarii menſis initio ilico
Senatum in Capitolium inter ipſa quæ pro ſe faciebant ſacrificia conuocãt De Mutinæ re
ferunt obſidione:Cic.& qui eiuſdem erant factionis id agere conantur:ut patriæ hoſtis iu
dicetur Antonius:ꝙ Galliam prouinciam ad patriæ oppugnationem inuito ſenatu inua
ſiſſet:ꝙ exercitum contra Ge-
tas in Macedoniam miſſum ĩ
italiã reuocaſſet:ꝙ ſtipatus ar-
matis p urbẽ inceſſiſſet: domũ
muniſſet:& omnib⁹ ſupbior
q̃ annua poteſtas poſtularet:
uiſus eſſet.L.uero Piſo uir cõ-
ſularis & magnæ auctoritatis
qui abſentẽ Antonium defen-
debat:uocandum ad diſquiſiti
onem cenſet:& cauſa indicta
minime dãnandum.Aſſẽſum
tñ Ciceroni fuiſſet:ut hoſtis iu
dicaret̃ Antonius:niſi Tr.pl.
Saluius interceſſiſſet:& in ſe-
quentem diem differẽdã rem
cenſuiſſet.Is quo minus & con
tra Antonium:& de.D.Bruto
decerneretur quippiam:tam diu
obſtitit:quoad a ſenatu eſt pro
hibitus: Tunc & decimus col
laudatus:ꝙ Antonio ꝓuincia
non ceſſiſſet.& Octauio hono
res decreti:ut una cum conſuli
bus exercitũ ducere:ut conſula
tum.x.annis anteq̃ per leges li
ceret:petere poſſet: decretum
præterea ut militibus q ab An
tonio ad eũ tranſiſſent:tantũ-
dem a populo impenderent̃:
quantum ipſe uictoribus erat
pollicitus:ex quo ſenat⁹ decre
to re ipſa hoſtis Antonius ẽ iudicatus:ſed cum matris:uxoris:ac paruuli filii tota nocte diſcurrentium:&
potentioribus ſupplicantium lachrymis flecti cepiſſent:or̃onem habuit Ci.qua labãtes aĩos retinuit:ea ap̃
Appianum ẽ.in qua oblique multa dixit in Saluium Tribunũ.in Antonii odiũ oẽs rurſus accendit:con
tradicit.L.Piſo.pluribus:obiecta Antonio a Cicerone diluit.Multa ipſe obiicit:efficitq; hoſtis patriæ tũc
iudicet̃.Legatos mittendos ſuadet:dehortat̃ Cicero & nõ mõ nõ faciendũ cenſet:ſed inutile de turpe dicit
eẽ romano ĩpio ad eũ legatos mittere:quẽ ſupplicẽ depoſit⁹ armis ueniã petere:ꝓ tot peccatis & ſcelerib⁹
cõueniret:Acta ei⁹ cenſet reſcindẽda:nec conſulẽ:ſed hoſtẽ habendũ.Nihil illi credendũ monet:q utiliter
latas a Cæ.dictatore leges puerterit:& nefarias ipſe prius tulerit q̃ ſcripſerit aut ꝓmulgauerit.Multa & ue
ra in eũ congerit crimina:fœde ac turpiter ab eo facta cõmemorat.D.Brutũ laudat:ut ei.M.lepido Octa
uio:&.L.Aegnatuleio honores decernantur hortat̃:ſuã de p̃miis Martiæ & Q uartæ legioni:ac militi q
ad conſules cõueniſſet diſtribuendis ꝓfert ſñiam.exordit̃ aũt p locũ expectationis kalendarũ Iañ. Statim
aũt ſuadet nõ eẽ iis aſſentiendũ q legatos ad Antoniũ mittendos:& de pace cũ eo agẽdũ retuliſſent.Eſt ut
ſupiores in deliberatiuo genere hæc or̃o.& ſi maiore ex pte uituperat̃ Antonius. Nihil unq̃ lõgius:nã
expectanti animo:quod ait Seneca:Omnis celeritas mora eſt. Q ui enim bellum:Antonium ſignifi-
cat:& inuidioſe ait:ut Venus apud Virgi.Nauibus infandum amiſſis:unius ob iram.una enim dũtaxat
pierat Nõ expectãt:ſed rẽ agũt clauſo ĩtra Mutinã Decimo. Nos aũt:ac ſi diceret:cũ agẽdũ erat delibe
rabam⁹:& tpſ cõſultãdo cõterebam⁹ q Demoſthẽis loc⁹ ẽ. Magiſ exoptẽt:neq;.n.ſerꝫ uidebat̃ cõtra An
toniũ & decernere & agere cõſulib⁹:qppe q & aĩo erant pñti & certã aſſumebãt ſpem cõſeruãdæ bonorũ
ſalutis & libtatis recupandæ Ei⁹.L.Piſonis. Cõfiderẽ:fore nihil pſuadẽs:ut ei⁹ d̃ mittẽdis ad Ant.lega-
tis ſñiam minĩe ſeq̃mini. Nudi⁹tertiuſdecim⁹:nũc dies ẽ tertiuſdecim⁹:quo die Cicero duas ꝓxĩas hũit
or̃ones ad.P.C.& ad Q uirites. Ea cõſtituiſtis:laudãdũ Decimũ:& ꝓuĩciã Galliã Octauio honores de
cernẽdos:legionib⁹ Martiæ & Iuniæ p̃mia ꝓmittẽda. Integrũ:liberꝫ. Honeſta paꝫ:ſi Antoni⁹ armis
depoſitis pro peccatis & facinoribus ſuis ueniam ſupplex petat. Pacẽ uult:hoc.L.Piſo eius noĩe dicebat.

M.T.C.i.M.Antoniuũ.Philippica Q uinta.

NIhil unquam lõgius kl.Iañ.mihi uiſum eſt.P.C.
quod idem intelligebam per hos dies unicuiq; ue
ſtrum uideri.Q ui enim bellum cũ.R.P.gerunt:
hunc diem non expectant.Nos autem tum cum
maxime conſilio ueſtro ſubuenire communi ſaluti oporteret:
in Senatum conuocabamur.Sed quærelam præteritorum di-
erum ſuſtulit oratio Conſulum.qui ita locuti ſunt:ut magis ex
optent kl.Iañ.q̃ ſeræ eſſe uideantur:Atq; ut oratio Conſulum
animum meum erexit:ſpemq; attulit non modo ſalutis conſer
uandæ:uerum etiam dignitatis priſtinæ recuperandæ:Sic me
perturbaſſet eius ſententia:qui primus rogatus eſt:niſi ueſtræ
uirtuti conſtantiæq; confiderem.Hic enim nobis.p.C.dies il-
luxit:hæc poteſtas data eſt:ut quantum uirtutis qnantum con
ſtantiæ:qnantum grauitatis in huius ordinis conſilio eſſet.po.
Ro.declarare poſſetis.Recordamini qui dies nudius tertius de
cimus fuerit:quantus conſenſus ueſtrum:quanta uirtus quan
ta conſtantia quãtam ſitis a R.p.laudem:quãtam gloriam gra
tiam conſecuti.Atq; illo die.p.C.ea conſtituiſtis ut uobis nihil
iam ſit integrum:niſi aut honeſta pax:aut bellum neceſſarium.
Pacem uult.M.Antonius:arma ponat.roget.deprecetur.ne-
minem æquiorem me reperiet:quãquã dum ſe ciuibus impiis

Cõmendat:illis gratificando & omnia quæ uelint indulgendo: Grauiſſimum iudicium: quicquid ageret contra ueſtram agere amplitudinem: & qui ei aduerſantur recte facere. Eos duces:Octauium:Decimũ Brutum.in colonias:in campaniam & alia loca. Ab Antonio:quem Iulius deducẽdis præfecit coloniis. Nõ dũ haberetis:qui nondũ magiſtratum inierant. Imperatorum: Octauii & Decimi. Dieſ.xii. ex quo quæ dixit decreta erãt.

Cotylam:is unuſ erat ex impuris & nefariis q Antoniũ ſequebantur. Meum:ironice:& ꝑ iocum ſic ait. Patronus cõſulares: defenſores:&.L. Piſonem tãgit. Eſt enim opinio id enim ab Antonii amicis iactabatur. Decreturũ aliquẽ aut Saluiũ Tr.pl.aut L.Piſonẽ ſignificat. Neruos belli:ſic appellãt pecuniam belli neruos:

Tu:aperte in.L.Piſonem & Saluium dicit.quorũ uterq; iõ ſe dicebat Antoniũ defendere ꝗ amicus ille eſſet: Q uã patriæ:quæ una oẽs omnium caritates cõplexa eſt:ut ait Ci.in offi.Mihi pecuniam attribuit: uerba ſunt Antoniũ defendentis:ideo defendo qm̃ mihi pecuniam tribuit.Cicero uero ſubiicit Cupio uidere qd ad hæc audeat rñdere:ac ſi dicat negare nõ poterit. At nõ cadunt &c̃.obiectio eſt cui rñdet Cicero:ne Cotyla quidẽ Antonii aſſecla hæc diceret. Eas leges de quibus in prima philippica ẽ dictum. Ille Iulius. Paludes:pontinas:qđ in ei9 uita inquit Tranquillus. Moderato homini:ironice. L.Antonio: fratri:quem Tr.pl. diuidũdis ꝑ totam italiam agris ꝑfecit.

Hanc legem:de triũuiris diuidẽdorũ agrorũ.neq;.n.rogatus fuerat populus.& cum legẽ tulit Antonius:agi cum populo propter tonitrua:& imbres effuſiſſimos non poterat. Ferri potuit:ac ſi dicat mime.

Augur uerecũdus:ironice.

Interpretatione:declaratõe augurũ:cum apta ſint per ſe.

cõmendat:inimicus eſſe:q̃ amicus mauult.Nihil eſt profecto quod dari poſſit bellum gerenti.erit fortaſſe aliquid:quod concedi poſſit roganti.legatos uero ad eum mittere:de quo grauiſſimũ iudicium nudius tertiuſdecimus feciſtis:nõ iam leuitatis ẽ:ſed ut quod ſentio:dicã:dementiæ.primum enim eos duces laudauiſtis:qui contra illum bellum priuato conſilio ſuſcepiſſent.Deinde milites ueteranos:qui cum ab Antonio in colonias eſſent deducti:illi9 beneficio libertatem.P.R.antepoſuerũt. Q uid legio Martia? Q uid Q uarta? cur laudantur? Atqui cũ Conſules:non dum haberetis:decreuiſtis:ut & de præmiis militum & de honoribus Imperatorum:primo quoq; tempore referretur.Placet eodem tempore præmia conſtituere iis qui contra Antonium arma ceperunt.& Legatos ad Antonium mittere? ut iam pudendum ſit: honeſtiora eſſe legionum decreta: q̃ Senatus.Siquidem legiones decreuerunt Senatum defendere contra Antonium Senatus decreuit Legatos ad Antonium mittere.V trum hoc eſt confirmare militum animos? an debilitare uirtutem? Hoc dies.xii.profecerunt ut quem nemo præter Cotylam meum inuentus ſit:qui defenderet:is habebat iã patronos etiam Conſulares.qui utinam omnes ante me ſententiam rogarentur:quanq̃ ſuſpicor quid dicturi ſunt quidam eorum:qui poſt me rogabantur:Facilius contra dicerem:ſi quid uideretur.Eſt enim opinio decreturum aliquem.M.Antonio illam ultimam Galliam quam Plancus obtinet.Q uid hoc aliud eſt:q̃ ad bellum ciuile hoſti arma largiri? Primum neruos belli pecuniam infinitam qua nunc eget:deide:equitatũ quãtum uelit:equitatum dico.Dubitabit credo gentes Barbaras ſecum adducere? hoc qui non uidet excors:qui cum uidet decernit:impi9.Tu ciuem ſceleratum & perditum gallorum & germanorũ exercitu pecunia peditatu eqtatu copiis:iſtrues? Nullæ iſtæ excuſationes ſunt.me9 amicus ẽ.ſit prĩæ prius.meus cognatus:an põt cognatio ulla ꝓpior eẽ:q̃ patriæ:in q̃ etiã parentes continent? Mihi pecuniã attribuit.cupio uidere qd audeat dicere? qd aũt agat? cũ aꝑuero:facile erit ſtatuere quã ſniam dicatis aut ſequamini.Agit utrũ.M.Antonio facultas det opprimendæ.R.P.cædis faciẽdæ:bonorũ diripiẽdorũ: Vrbes:agros ſuis latronib9 cõdonandi Populũ Ro.ſeruitute opprimendi: An horũ nihil facere ei liceat.Dubitate qd agatis:at nõ cadunt hæc in Antoniũ? hæc ne Cotyla qdẽ dicere auderet.Q uid.n. in eũ nõ cadit? q cui9 acta ſe defendere dicit:eius eas leges peruertit:qs maxime laudare poteram9.Ille paludes ſiccare uoluit.Hic omnẽ Italiam moderato homini.L.Antonio diuidendã dedit.quid hanc legem.p.r.accedit? Q uid ꝑ auſpicia ferri potuit.Sed augur uerecundus ſine Collegis de auſpiciis non interpretaretur:quãquam illa auſpicia non egent interpretatione

Ioue tonante: hoc idem Cicero ipſe libro de diuinatione Tribuni pl. præcipue propter. L. Antonium dicit quo tribuno factum eſt. Contra acta Cæſaris: quibus uoluit ne prætoriæ prouinciæ pluſq̃ annum: Conſulares pluſq̃ biennium obtinerentur. Ille Iulius: Iſti tribuni. Hanc legem de prouinciis Ante lata q̃ ſcripta: ſcribebať. n. prius: trinundino promulgabať: in æs inde incidebať: & tunc demũ lata dicebatur. Sed hæc neq; ſcripta: neq; ꝓmulgata: lata ab Antonio aſſerebať. Vbi lex Cæcilia & Didia: quas Cæcilius & Didius tulere de rogandis legibus: ut nullam uim haberent niſi magiſtratus populũ rogaret: & populus ſciret: niſi itẽ triundino promulgarenť proſcriptæ: hoc eſt tribus nũdinis recitarenť: cũ oĩs etiã ex agris adeſſet multitudo ut ſi qnis uellet intercedere poſſet. Vbi ꝓmulgatio: hic diſtinguẽdum. Trinũdinũ: ubi trinũdinũ. Pœne: ſtatutæ. ſ. Recẽti: nuper lata: Iunia & Licinia: quam Iunius & Licinius tulerunt: ſuperiores leges a Cælio & Didio prius latum cõfirmãtes: grauiores pœna adiecta. Hæ leges: latæ ab Antonio de prouinciis: Cui: nulli. Quæ porro: & prohibuit intrare forum Antonius & tonante Ioue tulit leges. Hunc dubitabit: ac ſi dicat dubitare nõ poterit: Cũ collega: Dolobella. Eius collegæ in auguratu. Septis reuulſis: repagulis & cancellis: quibus undiq; foꝝ ſeptũ fuerat: qđ fiebat comitiali die. Ouidiꝰ: Eſt quoq; quo populũ fas ẽ includere ſeptis. Videres: uideret qſpiã. Nõ teneri: nõ eſſe obnoxium. De integro: denuo ut iterũ rogenť: ac ſi rogare nõdum eẽnt Septies milies: hæc pecunia ad ædẽ fuerat opis: quã trãſlaticiã uocat Tranql. Hoc eſt cõem & in medio poſitam. Falſis pſcriptionibus donationibus: dicens a Cæſare in cõmentariis preſcriptũ hoc eſt aſſignatũ donatũq; cuipiã eẽ. Vertit a poſſeſſione reipu. ad poſſeſſionẽ uſũq; priuatũ p fraudẽ tranſtulit. alii pſcriptionibus legant: hoc ẽ ꝓ ſcribendis & in exiliũ mittẽdis romanis ciuibus: eorũq; hoĩs publicandis ac uendendis ut pſcriptio legať hoc ẽ rei uendicatio nõ procedit. Immunes quæſtus: lucrũ factũ ex ĩmunitatibus ꝓuĩciis: ciuitatibus & priuatis hominibus cõceſſis. In æs: ut rata eſſent. Exhauſit: oĩbus concedens q emere qppiã uellent. Mulier: Fuluia. Sibi fœlicior q̃ uir: quæ. n.

augurum. Ioue enim tonante cum. P. R. agi non eſſe fas: quis ignorat? Tr. ple. tulerunt de prouinciis contra acta Cæſaris ille bienni: iſti ſexennii. Nunc etiam hanc legem. P. R. accedit? Quid promulgata fuit? quid non ne ante lata q̃ ſcripta? nonne ante factam uidemus: q̃ futuram qſquam eſt ſuſpicatus? Vbi lex Cæcilia & Didia? Vbi promulgatio. trinũdinem? Vbi pœne recenti lege iunia & licinia? poſſunt ne hæ leges ratæ eſſe ſine intetitu legum reliquarum? & cui poteſtas in forum introeũdi fuit? Quæ porro illa tonitrua? quæ tempeſtas? Aut ſi auſpicia. M. Antonium non mouerẽt: ſuſtinere eum aut ferre poſſe tantam uim tempeſtatis hymbris ac turbinum mirum uideretur? Quam legem igitur ſe Augur dicit tuliſſe: Non modo tonante Ioue: ſed prope celeſti clamor prohibente? Hanc dubitabit contra auſpicia latam cõfiteri? Quid quod cum eo collega tulit? quem ipſe fecit ſua nunciatione uitioſum? Nihil ne ad auſpicia bonus Augur arbitratus eſt pertinere? ſed auſpiciorum nos fortaſſe erimus interpretes: qui ſumus eiꝰ Collegat. Num etiam armorum interpretes quærimus? Primum omnes fori aditus ita ſepti ut etiam ſi nemo obſtaret armatus: tamẽ niſi ſeptis reuulſis introiri in forum nullo modo poſſet. ſic uero erant diſpoſita præſidia: ut quomodo aditus hoſtis prohibetur a Caſtellis & aggeribus: ita ab ingreſſione fori populum Tr. q; Pleb. propulſari uideres. Quibꝰ d cauſis eas leges quaſ. M. Antonius tuliſſe dicitur: omnes cenſeo per uim & contra auſpicia latas. hiſq; legibus. P. R. non teneri. Si quam legem de actiſ Cæſaris confirmandis: deue Dictatura in perpetuum tollenda deue Coloniis in agros deducendis tuliſſe. M. Antonius dicit: eaſdem leges de integro ut populum teneant: ſaluis auſpiciis ferre placet? Quãuis ergo bonas leges uitioſe per uimq; tulerit: tamen ex lege non ſunt habendæ: Omniſq; audacia gladiatoris amentis autoritate noſtra repudianda eſt. Illa uero diſſipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo eſt per quam ſpecies milias falſis perſcriptionibus donationibuſq; uertit: ut portenti ſimile uideatur: tantam pecuniam. R. p. tam breui tempore perire potuiſſet? Quid illi immunes quæſtus? ferendi ne? Quos. M. Antonii tota excuſat domus: decreta falſa uẽdebat. regna. ciuitates. immunitates in æs accepta pecunia iubebat incidi. Hæc ſe ex cõmentariis Cæſaris quorum ipſe auctor erat agere dicebat. In interiore ædium parte: totius. R. p. nundinæ mulier ſibi fœlicior q̃ uir actiõem prouinciarum regnorumq;

ex beneficiorũ uenditionibus accipiebat etiam conſeruabat:cum uir ipſe effunderet ilico. Quaſi lege: quia dicebatur lege Cæſaris reſtitutus:quæ eſſet in commentarijs:cum tamen nulla eſſet. Quæ: omnia ab Antonio acta Cõmentitiis.fictis.Cõminiſci fingere eſt. Falſa:quæ ſenatus neq; decreuerat neq; nouerat. Syngraphæ:Cautiones p contrahentium ſcripturam factæ. Senatus conſulta tanquam facta:ac ſi re uera ſenatus feciſſet:in ærarium referebantur:ubi & leges & ſenatus decreta in æs inciſa reponebantur. Etiam exteræ nationes:quibus beneficia & priuilegia concedebantur.. Hoc genus: pecuniæ. Legem iudiciariam:de qua in prima philippica eſt dictum. Homo caſt9 ironice.

